Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

egypti non reliquerunt. Et postea inquit
irritauerunt me, et recesserunt a me
quia noluerunt audire. dum liberum
hominis seruatur arbitrium. et fecerunt
omnia que ne facerent lege precepi.
statim desperante salute. et mussitantes
contra moysen, dicque promissionibus diffi
dentes. Unde sequitur
Et dixi ut effunderem indignatio
nem meam super eos. et implerem iram
meam in eis in medio terre egypti. Statim
ut precepi eis relinquere offensiones
oculorum suorum et ydolis egypti neque
pollui irritauerunt me. et noluerunt au
dire que dixeram. sed econtrario fecerunt.
que non facienda precepi. Ideo decreueram
ut effunderem in eos furorem et indig
nationem meam. et implerem iram meam.
quam mente conceperam. in medio e
gypti. quia nec dum fuerant egres
si de egypto. Sequitur enim.
Eieci ergo eos de terra egypti. et edu
xi in desertum. Ex quo ostenditur nec
dum eos fuisse egressos de terra egypti.
quando effundere uoluit indignationem
suam. et implere iram suam super eos.
et percutere eos in medio terre egypti.
Et feci propter nomen meum. ut non
uiolaretur coram gentibus in quarum
medio erant. inter quas apparui eis
ut educerem eos de terra egypti. Quod
facere cogitabam propter iusticiam non feci
propter clementie magnitudinem. ne
pollueretur nomen meum. et uiderer
non potuisse complere. quod israheli pro
miseram. Pepercit ergo nomini meo. ne ha
berent occasionem blasphemandi na
tiones inter quas notus factus sum eis

in terra egypti. Huc usque quid eis promi
serit in terra egypti constitutis. et quo
modo statim offenderint. et quid contra
eos dominus cogitarit. et tamen non fecerit
propheta describit. que secuntur egressis
de egypto, locutus est.
Eieci ergo eos de terra egypti. et e
duxi in desertum. et dedi eis pre
cepta mea. et iudicia mea ostendi illis. que faciat
homo. et uiuat in eis. insuper et sab
bata mea dedi eis. ut esset signum
inter me et eos. ut scirent quia ego dominus sanctificans eos. et irritauerunt me
domus israhel in deserto. In preceptis meis
non ambulauerunt. et iudicia mea proie
cerunt que faciens homo uiuat
in eis. et sabbata mea uiolauerunt ue
hementer. Dixi ergo ut effunderem furo
rem meum super eos in deserto. et con
sumerem eos. et feci propter nomen meum
ne uiolaretur coram gentibus de quibus eie
ci eos in conspectu earum. Et hec ad eos
dicuntur qui educti sunt de egypto in
desertum. ut egyptiorum uiciis liberati faci
lius in solitudine dei precepta complerent.
et iudicia eius facerent. et sabbata cus
todirent que in signum data sunt inter
eum qui dedit et eos quibus data sunt
scriptura dicente. Et locutus est dominus
ad moysen dicens. Et tu precipe filiis
israhel. et dices ad eos. Videte sabbata
mea custodite. quod est signum inter
me et uos in generationibus uestris. ut
sciatis quod ego sim dominus. qui sanctifico
uos. et custodite sabbatum. quoniam
sanctum est uobis. Qui uiolauerit illud.
morte morietur. Omnis qui fecerit
in eo opus. interficietur anima illa
de medio populi sui. Ergo sabbatum